



Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Invste, Deo
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1650

§. 8. Mirum amari laudatores, & vitari reprehensores, cùm contrarium fieri
oporteret.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-48689)

ari. Sic ergo oportet correptiones efficere, ut & qui corripiunt, non resiliant, ac si eos iniuriari proueniat, ac si percuti, non debent abhorrire. Nam qui secantur aduersus eos, à quibus secantur, multa reclamant, sed illi nihil impediuntur, sed tantum agrotantium consulunt utilitati & hospitati. Sic etiam hic cuncta gerenda sunt.

§. VIII.

Mirum amari laudatores, & vitari reprehensores, cum contrarium fieri oporteret.

Ita quidem constituti debent esse, qui reprehendendo alios corrigit; at qui corrigitur, reprehensores pluris debent facere, quam laudatores, à quibus plerique plausum captant. Si & animi voces intelligemus, nempe coruorum, graculorum, ait Dio, Dio orat. atque aliorum animantium, nempe ranarum,^{66.} aut cicadarum, hanc dubie & horum vocibus animum admireremus, quidnam de nobis dicere graculus volans, aut pica, & quam de nobis haberent opinionem? Felicitas ergo quadam est, quod non intelligimus. Quot vero homines ranis sunt insipientiores & graculis? Et quam pauci sunt, qui laudant? quam multi, qui vituperant? Ex illis autem paucis, qui humanæ gloriae theatrum conficiunt, quam viles,

384 Cap. XVIII. Reprehensionum fructus.

S. Chrys.
hom. 17.
ad Rom.
Vide eū-
dem ho-
mil. 28.
in Ioan.

viles, quām prauī iudicij? Sed dic, quāf,
ait S. Chrysostomus, quot velis habere landa-
tores? centum, seu bis, seu ter, seu quater milia.
Quis sint duo millia, aut etiam quatuor
vel si ita placuerit innumeri, qui applaudant.
Nihil tamen illi omnes à graculis desuper garri-
entibus different. Immo si Angelorum theatru-

perpenderis, apparebunt illi vermis etiam vi-
liores; illorumq; praconium, aranearum textu-
ra, fumoq; & somnijs infirmius. Hanc ergo
rem tam vilem amamus, tanti facimus, quā
etiam experimur sāpe, vt idem S. Pater lo-
quitur, esse crudelem belluam, demonem hor-
rendum, communem totius orbis terrarum pe-
stem, viperam venenatam, diserpentem cum
cui innascitur: & reprehensiones maximam
vtilitatem habentes fugimus, eosque qui
mente optima nos volunt emaculare, odio
prosequimur, & modis omnibus extinctos
volumus? Quām longē aliter sensit, qui di-

Psal. 340.
5.

xit: Corripiet me iustus in misericordia, & in-
crepabit me: oleum autem peccatoris non impin-

Prou. 27.
11.

guer caput meum? & alter ita pronuntians:
Melior est manifesta correptio, quām amor ab-
sconditus. Meliora sunt vulnera diligentis,
quām fraudulentia oscula odientis. Vulnerat
chirurgus cùm venam aperit, vt sanguinem
malum

malum deducat; & mercedem ei damus,
quia salubriter vulnerauit. Iudas Christum
osculatur, ut prodat, dederat enim hoc eis
signum; quis non magis diligit more chi-
rurgi vulnerantem, quam more Iudæ oscu-
lantem? Et tamen saepe huic similes sunt
laudatores; illi vituperatores nostri. Per-
mittit igitur Deus hos ad emendationem,
illos ad probationem: in utroque benefi-
cus.

C A P V T X I X.

*Deum non deesse innocentibus humili-
tis, sed eos in tempore suo tanto gloriosius
exaltare, idq; per varia mi-
racula.*

§. I.

*Deum antè homines humiliare, quam ex-
altat.*

Mirabilis consolatio est innocentium
talia in terris patientium, si Deum
credant ubique semper praesentem
& omnia prouidè gubernantem. Non enim
tantum à fame sibi tales non timent; sed
neque etiam ab infamia. Licet deprimantur
à superioribus; licet iudicijs & calumnijs

B b appe-